



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 801. Quænam dentur actiones occasione funeris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

Quest. 800. Quid sit circa jus, interveniendi funeribus præcipue competens parochi, dum defunctus sepeliendus in Ecclesia regularium & quid portio canonica ratione sepulture & debita, unde, cui, à quibus solvenda?

Resp. Ad primum sufficienter responsum per plures numeros *in foro benef. p. 1. q. 453.* quæ vide. videnda quoque; quæ desuper habet Reiffenst. *h. t. à n. 24.* ad cætera quoque singula accuratè responsum *in meo foro benef. p. 1. q. 454. & sequentibus usque ad quest. 460.* videri quoque poterunt, quæ desuper habet Reiffenst. *h. t. à num. 44.* ad *quest. 64.*

CAPUT II.

De actionibus competentibus occasione funeris.

Quest. 801. Quenam dentur actiones occasione sepulture?

Resp. Earum dantur octo species. tres concernentes ipsum funus & jus sepeliendi, nimirum actio in factum de funere ducendo. interdictum de mortuo inferendo. actio in factum de funere in locum alterius illato. quatuor concernentes sepulchra in ordine ad eorum religionem defendendam, nempe interdictum de sepulchro adificando. interdictum ne quid in loco sacro fiat. actio sepulchri inhabitati. actio de sepulchro violato. Una, dicta funeraria, concernens sumptus in funus impensos. ita Muller. *l. c. th. 75.* loquendo nunc de harum actionum aliquibus in specie.

2. Primò actio in factum de funere ducendo fundatur in dicto, quo cavetur ut funus ducere liceat, ne corpora aut ossa mortuorum detineantur aut videntur, neve prohibeatur, quò minus viâ publicâ transferantur; continet edictum hoc, respicitque hæc actio utilitatem publicam, ne scilicet hac ratione corpora contra publicam honestatem & utilitatem maneat insepulta. Struv. *in ff. de relig. & sumpt. fun. th. 83.* competit ei, qui impedit mortuum inferre in locum quo jus inferendi habet. *l. 8. §. ult. cit. t.* estque perpetua, unde non tantum competit adversus eum, qui ipse injustè funerationem impedit sed & contra hæredes illius ad omne id, quod interest funerantis, non fuisse impeditum. Lauterb. *in cit. t. §. 20. juncto §. 21.* Muller. *ibid. th. 83.* juxta *cit. l. 8. & l. 9. ff. b. t.* atque in specie (quidquid olim in contrarium apud gentes aliquas factum, & modò alicubi fieri dicatur de quo videndus Muller. *l. c.*) propter as alienum debitoris sepulturam impedire, ejusque cadaver arecto detinere injustum, inhumanum crudelitati proximum, communi consensu consentiunt AA. Farinac. *pr. crim. l. 1. tit. 3. q. 20. num. 139.* Covar. *Var. res. sol. tom. 2. vol. 3. num. 10.* Muller. *l. c.* Lauterb. *§. 22.* Brunem. *ad l. 38. ff. cit. t.* Mevius de arresto. *c. 8. num. 225.* ubi id ampliat & limitat. communi huic DD. consensui plures LL. ad stipulantur ut *l. fin. c. de sep. viol. nov. 60. c. 1. pr. novel. 115. c. 3. §. 1.* variâ etiam talibus detentoribus & arrestantibus cadavera debitorum pœnas statuentes: nimirum ut præter debiti jacturam tantundem hæredibus defuncti solvereteneantur, & tercia bonorum parte publicatâ, perpetuam infamiam notam incurrant: præterquam quòd hæredibus defuncti actio injuriarum reservetur, ut Muller. quas pœnas adhuc in usu esse apud eundem *l. c.* testantur Carpz. *p. 1. c. 30. d. 22.* Richter. Besol. & alii, & hæc obtinere, et-

iamsi debitor mortuus obligatus fuisset mediante instrumento quarentigato vel latâ contra mortuum sententiâ, non obstante consuetudine, statutove in contrarium prætenso, ut citatis Carpz. *ubi antè.* Boër. *decis. 182.* & Covar. Muller. *c. fin. de consuetud.* nihilominus omnia dicta pari restrictionem in uno casu dicit Marant. *tr. de ordin. judicior. p. 4. disti. 11. vers. 25.* nimirum, dum potest judex Ecclesiasticus arrestare corpus mortuum alicujus usurarii, & facere, ut non sepeliatur, donec illius hæres caveat de usuris restituendis. pro quo citat Angel. *in novel. 60.*

3. Secundo interdictum de mortuo inferendo, simile actioni in factum de funere ducendo (à quo tamen in quibus differat, vide apud Muller. *ad ff. de mortuo inferendo th. 92.*) est prohibitorium, quo vetat prætor, ne illi, cui jus est altero etiam invito, inferendi aliquid mortuum, vis fiat, neve ullâ ratione molesteur, viâ vel itinere arceatur vel aliâ servitute debita in ordine ad inferendum mortuum prohibeatur *L. 1. pr. & §. 4. ff. de mort. inferend.* competit hoc interdictum domino proprietatis fundi *cit. l. 2. §. 2.* itemque socio in fundum communem mortuum inferre volenti contra omnes vim facientes, aut viam ocludendo, vel negando, impedimentum struentes. adeoque etiam contra usufructuarium fundi & socium prohibentem illationem. Struv. *in cit. t. th. 94.* utpote qui suum interesse postea certo remedio consequi possunt, dum nimirum usufructuario conceditur actio in inferentem ad recipiendum, in quantum propter locum electum minutus & usufructus. *L. fin. cit. t.* socio adversus socium actio communi dividendo, vel certo respectu familiaris hereditaria, non quidem, ut inferens contentus illatum cadaver tollat, sed ut ratione illius loci jam per illationem facti religiosi ipsi satisfiat. Arg. *l. 43. cit. t. & l. 3. comm. divid.* Muller. *ad Struv. cit. th. 94.* quin etiam ratione itineris; cum favor sepulture sit tantus, ut etiam non habenti viam ad sepulchrum præses vicinum compellere possit, iter justo pretio præstare juxta *L. 12. cit. t. de mor.* Porro etsi hæc locum hodièdum non habeant ratione loci per illationem redditu religiosi, utpote quòd hodièdum non sit, contingere tamen potest, ut ab inundationes, hostilitatem aliamve gravem causam viâ publicâ ad cimiterium deferri nequeat, aut aliâs per agros & prata vicinorum necessario transeundum, iis invitis obstantibus, aut etiam armis prohibentibus, iter impediatur, adeoque hoc interdicto utiliter agatur. Struv. *L. c. th. 91.* Cæterum, ut Idem *th. 97.* & cum eo Muller, liberum est ei, qui mortuum inferre prohibetur illatâ vi, uti hoc interdicto, vel aliò mortuum inferre & postea in fa-

in factum agere, perque eam actionem consequi, quantum ejus interfuit prohibitum non esse.

4. Tertio actio in factum de funere, ut in locum alterius non inferatur, orta ex interdicto prætoris, contra cujus edictum facta illatio, de mortuo non inferendo, de qua *L. 2. §. 2. ff. de religiof. & sumpt. fun.* datur adversus eum, qui mortuum in locum intulit, aut inferri curavit, in quem jus inferendi seu sepeliendi non habuit, idque sive intulerit scienter, sive ignoranter, quia proprie ex delicto non venit, ut *Lauterb. in ff. cit. t. §. 16.* item contra ejus hæredes, quippe qui commodum inde sentiunt *Struv. in ff. eod. t. th. 77. & ibidem.* Muller juxta *L. 7. juxta L. 4. ff. eodem.* non tamen videtur dari contra socium, qui ignorante socio intulit in fundum communem seu pro parte suam; cum contra hunc sufficiat actio familiaræ eriscunda & communi dividundo, vel actio pro socio ut sentiunt *Struv. Muller. l. c. Lauterb. §. 7. innixi L. 2. §. 1. cit. t.* quid verò dicendum ad *L. 6. §. 6. ff. comm. dividund.* vide apud eosdem. competit verò hæc actio ex ipsis verbis *L. 2. §. 1. ff. de religiof. & sumpt. fun.* directa domino proprietatis fundi ejusque hæredi per *L. 7. ff. eodem.* non tamen competit solum possessori bonæ fidei; quia dominium verum non habet. *Arg. cit. L. 2. §. 1. Struv. l. c. th. 76. Muller. ibid. lit. y.* quamvis tamen *Struv.* dicat actionem utilem videri ei concedendam. competit quoque hæc actio usufructuario istius loci, qui tamen impedire nequit, quò minus ipse dominus proprietatis inferri possit, si aliò tam opportunè inferri nequiret; item ei, cui servitus in eo debetur; quippe quorum conditio per talem illationem fit deterior. *Struv. & Muller. l. c. lit. e. juxta L. 2. §. 7. & L. 8. §. 4. non tamen creditori, seu ei, cui fundus ille pignori datus, ut iidem cit. L. 2. §. ult.* competit denique hæc actio ad id, ut inferens vel tollat illatum vel loci aestimationem seu pretium præstet *cit. L. 7. Lauterb. §. 18. Struv. Th. 78.* unde & rei persecutoria adeoque perpetua per *L. 7. ff. de relig. & sumpt. fun.* quia per eam dominus suum interesse petit, & non datur ad eum coëcendum sed ad damnum, quod actor per dictam illationem passus, ab eo avertendum. *Lauterb. l. c. Muller. th. 77.* ità tamen datur domino, ut reo competat electio alterutrius, sicut regulariter, ubi alternatim fit condemnatio. & quamvis iniquum videatur dominum invitum carere debere re suà (uti fieri posset, si reus eligeret præstationem pretii, in favorem tamen religionis id permittitur, & receptum est per *L. 10. §. fin. ff. de relig. & sumpt. ità iidem.* Quòd si tamen locus, in quem inferitur corpus, jam per sepulturam alterius effectus religiosus, adeoque jam positus extra commercium & nullam recipiens aestimationem, non ad pretium, sed ad pœnam pecuniariam (cujus rationem tunc habere pretium solutum, ajunt *Struv. cit. thes. 78. & Muller, ibidem)* agendum *L. 3. ff. de sepulch. violat.* qui verò intulit in locum publicum seu sibus publicis destinatum, dolo malo, arbitraria modicâ coërcitione punitur, & si sine dolo id fecit, absolvendus est. *Lauterb. cit. §. 18. in fine Struv. & Muller. l. c. th. 79.* juxta *L. 8. §. 2. ff. de relig. & sumpt.* Interim loci dominus (etsi per istiusmodi injustam illationem non amitteret dominium, vel etiam is non evaderet religiosus) aut alius, cujus interest sine justa alia causa illatum cadaver propriâ autoritate exhumare & ejicere nequeat, non obstante, quòd quis licitè

propriâ autoritate possit destruere, quod alius in ejus fundo eo invito extruxit; cum generaliter prohibitum sit per *L. 8. §. 39. ff. & L. 1. c. cit. t.* ossa hominis animo sepeliendi illata eruere & alio transferre, ità *Lauterb. §. 15.* Porro tamen hodie videtur non esse usus hujus actionis, dum sepultura non est ità privati arbitrii in quocunque loco nullusque locus profanus sola illatione cadaveris pro cuiusque privati voluntate facta sit religiosus. Nilominus tamen etiam hodie, dum loca sepultura publica & publicè constituta, esse huic actioni locum ex eo patet, quod in iis ipsis multi singularia sepulchra habeant, in quæ si quis injustè non habentem jus ad hoc intulerit, utili hac ratione conveniri potest, ità *Lauterb. l. c. §. 19. Struv. ad ff. de relig. & sumpt. fun. th. 80. lit. a. Muller. ibid. Hahn. ad We. senbec. tit. eod. num. 4.*

5. Quarto inter spectantia ipsum sepulchrum est interdictum de sepulchro ædificando, quo prohibet prætor inferri vim volenti ædificare sepulchrum novum, aut vetus rescire eo loci, in quem mortuum inferendi jus habet. *L. 1. §. 5. ff. de mort. inferend. & sepulch. ædific.* cujus prohibitionis causa *cad. L.* hæc additur; quòd monumenta seu sepulchra ædificari & ornari religionis interest. Ac ità hæc religio non solum apud veteres intercessit, sed & hodie adhuc observatur apud personas & familias maxime illustres, ut ab iis etiam in Ecclesiis ad memoriam & honorem defunctorum cænopathia erigantur, lapides sepulchrales ponantur, quin & vexilla affigantur. Datur itaque hoc interdictum contra quoscunque, quovis modo istam ædificationem & exornationem impediendes, etiam eos, ut *Muller. in ff. cit. tit. th. 99.* qui prohibent materiam tali ædificio necessariam conveyi. prohibere tamen poterunt ædificationem iis, in quorum præjudicium ædificaretur, facta hac prohibitione statim ab initio cum novi operis nuntiatione; cum opere facto non detur alia actio, quam quòd vi vel clam. *L. 3. cit. iii. Muller. l. c.* quamvis etiam hujusmodi monumenta magnifica, præcipue in Ecclesiis excitari non posse videantur, nisi cum petito & obtento assensu eorum, ad quos pertinent Ecclesiæ, & qui earum curam habent. posse tamen in Ecclesia patronata, seu quæ fundatorem habet, sine hujus consensu, quin & eo invito, constructi sepulchrum vel etiam capellam; quia exinde nullum adfert præjudicium, & Ecclesiæ confertur beneficium, quod, cum patronus procurare teneatur, esset irrationabiliter invitatus tradit *Delb. de immun. Ecclesia. c. 17. dubit. 14. n. 19.* citatis pro hoc *Lamberdin. de jurep. l. 1. p. 1. q. 3. a. 17. Lavor. var. tom. 1. tit. 2. c. 9. n. 83. Peyer. in tom. 1. privit. minimor. in consil. 26. Leonis X. num. 50.*

6. Quinto loco venit actio de sepulchro violato, quæ violatio censetur crimen atrocissimum sacrilegio proximum. *L. 5. c. de sepulch. viol.* variisque modis contingit, puta, corpora sepulta aut ossa vel reliquias extrahendo, in eo ædificium ad alium quam ad sepulchri usum habendo, saxa vel columnas auferendo, ornamenta & monumenta defirmando, aliudve demoliendo, terram evertendo, cespitem evellendo, aliave ratione sepulchri conditionem deteriore reddendo, de quibus *L. 3. §. 6. L. 7. ff. L. 2. 4. §. 5. c. de sepulch. viol.* Actio de sepulchro violato describi potest, quòd sit actio civilis in factum, prætoris, qua is, cujus intererat, vel quis de populo agit adversus dolosos sepulchri violatores ad id, quantum ejus interest, æquum judicabitur ad pœnam 100. vel 200. aureorum sibi applicandam.

plicandam. *cit. l. 3. pr.* Ex quibus deducuntur sequentia: primo quod competat ei, ad quem jus sepulchri pertinet, *cit. l. 3.* vel cuius interest, puta, agnato, cognato, hæredi necessario, licet se bonis defuncti non immiscuerit. Lauterb. *in ff. de sepulch. viol. §. 3.* et si nemo horum adsit, aut agere voluerit, datur cuiquæ de populo agere volenti. *cit. l. 3.* et si agere plures velint, prætoris est, unum ex iis eligere, scilicet magis idoneum, vel cuius causâ iustissima videbitur. Lauterb. *l. c. juxta tit. l. 3. §. 2. ff. de pop. alt. ita tamen, ut, si antequam lis ab eo contestata fuerit, aliquis, cuius intererat, pœnitentiâ ductus adhuc agere velit, hic præ illo sit audiendus. cit. l. 3. §. 10.* non tamen audiendus causâ finitâ, etiamsi causâ reip. abfuerit. *L. 6. ff. eodem.* competit adversus dolosos sepulchrorum violatores; non tamen contra doli incapaces, & qui animum violandi non habent. *cit. l. 3. §. 1.* neque iis, qui sepulchra hostium diruunt & lapides inde sublatos in quemcunque alium usum convertunt. Lauterb. *§. 4.* citans *L. 4. ff. h. t. §. 36. ff. de relig. §. sumpt. fun.* quamvis ipsa defunctorum, quos nemo hostes indicat, corpora contrectare nefas dicat Grot. *de jur. B. & P. l. 3. c. 5. §. 3.* quin &, ut Decian. *tr. crim. l. 6. c. 44. num. 9.* jure belli sepulchra diruere semper fuit propudiosum. competit ad civilem pœnam exigendam, quæ diversa est, dum ei, ad quem sepulchrum spectat, datur ad interesse, quanti iudici æquum videbitur. *cit. l. 3. §. 6.* æstimatur autem ex facta injuria, item ex lucro violentis & damno illato, vel etiam temeritate delinquentis, quem iudex nunquam minoris condemnabit, quam in 100. aureos. *cit. l. 3. §. 8.* ad quos etiam damnandus, si ob simplicem violationem egerit, extraneus; ob dolosam tamen habitationem vel ædificationem in sepulchro factam, ad 200. *cit. l. 3. cum gravius censeatur locum religiosum permutationibus polluere, & in alios usus convertere juxta l. 12. ff. de relig.* Lauterb. *§. 5.* Bocer. *claf. 4. disp. 9. th. 27.* Hanc verò pœnam non dividendam inter fisco & actorem, et vult Welenbec. Sed totam cedere actori juxta ordinariam actionum popularium naturam, verius censet Lauterb. *l. c.* cum Brunem. *ad l. 1. c. h. t. num. 4.* Bardili. & aliis Arg. *L. 12. ff. de V. S.* dum ibi dicitur: post litem contestatam actor fiat creditor, adeoque & ipsi non fisco debetur, ne alius diceretur fisco debitor, & actor tantum fisci procurator. De cætero agitur quoque ex hoc delicto criminaliter, pœnaq; pro diversitate casuum diversa infligitur. Et quod si quis armatâ manu more latronum sepulchrum violavit, ultimo supplicio punitur. *cu. l. 3. §. 7. ff. h. t.* si sine armis violatum, epitaphiis solum corruptis, faxis marmoreis aliæ materia fabricandi causâ ablata, villam, vel ædificium ad quod ista materia provecta fisco inferre tenetur reus *per l. 2. c. h. t.* & insuper eidem 10. pondi auri solvere *per l. 4. c. h. t.* violatum verò extractis & erutis corporibus, viliores quoque ultimo supplicio, honestiores deportatione puniuntur; pœnasque has adhuc hodieum obtinere testantur Hahn. Bard. Carpz. & Schilter. apud Lauterb. *l. c.* quin & si corpora extracta, spoliata & insepulta relicta, aut delictum sæpius iteratum, aliæque circumstantiæ aggravantes concurrant, ad pœnam gladii deviniri posse tradunt Berlich. *p. 5. concl. 47. num. 8.* Carpz. *7. F. p. 4. c. 34. def. 2.* & alii apud Lauterb. *§. 7.*

R. P. Lewr. *Jur. Can. Lib. III.*

Quæstio. 802. Actio funeraria quæ & qualis sit?

Resp. Ad primum & secundum. actio hæc breviter describi potest, quod sit actio personalis, quæ quis expensas funeris causâ factas repetit ab eo, ad quem eas facere pertinebat. sumitur ex *l. 12. §. 2. l. 14. §. 6. ff. de relig. §. sumpt. fun.* dicitur *personalis.* quia oritur ex quali contractu, dum funerans seu eas impendens cum defuncto contrahere creditur. *l. 1. ff. cit. 2.* quandoq; etiam cum hærede, dum nimirum negotium hæredis gerens funeravit. *l. 14. §. 15. cit. eod.* Est quoq; & dicitur prætoria Lauterb. *§. 26. tit. eod.* & AA. passim, ut videre est apud Azo. *in sum. eod. ad cit. tit. n. 23.* Perez. *ibid. n. 9.* Franzk. *ibid. n. 28.* Brun. *ad l. 14. n. 17. eod.* Arg. *l. 12. §. 2. eod.* dum ibi edictum prætoris de istiusmodi sumptibus funeris recuperandis expresse proponitur. nihilominus contrarium, seu esse actionem civilem, demonstrari à *l. 17. §. 3. commod. l. 8. c. de negot. gestor. ait Mull. ad ff. cit. t. th. 84. lit. b.* citatis pro eodem aliis; eò quod non omnia, quæ edicto prætoris proponuntur, ratione suæ introductionis & primæ originis sint prætoria. Arg. *l. 2. ff. commod. l. 1. §. 1. ff. de pos. cum prætores non solum prætorias, sed & civiles actiones suis edictis proponebant.* Unde etiam, dum prætor indicto suo pollicetur, se actionem daturum, id ita non semper intelligendum, ac si actio illa antecedenter non extitisset, ac ita suos natales, ut inquit Muller. ipsi prætori, tanquam suo auctori, deberet; sed quod præter actionis ipso jure jam competentis, & extra suas causas existentis exercitium actori concedere, eisdemque in iudicium deducenda, & ibi ventilanda coram iudice pedaneo copiam largiri velit. Est quoque subsidiaria, quia non competit, nisi deficientibus aliis remediis *L. 14. §. 12. §. 15. h. t.* ex quo tamen non inferendum esse prætoriam, ait Muller. *l. c.* cum omnem actionem subsidiariam asserere non sit omnino tutum, ut Kurrer. *dissert. de act. fu. th. 3.* Esse etiam non stricti juris, ut volunt Hann. *in resol. l. 4. p. 2. q. 29.* Zoës. *in comment. ff. h. t.* Azo & c. censent Lauterb. *l. c.* Muller. *l. c. th. 85. lit. y.* Hahn. *ad ff. de religiof. §. sumpt. num. 6.* Bachov. *de action. d. 6. th. 7.* Kurrer. *l. c. th. 4.* Arg. *L. 14. §. 13. cit. t.* & quamvis ea *§. 28. Inst. de action.* non reperiat relata explicitè inter actiones bonæ fidei, continetur tamen implicite sub actione negotiorum, quæ est bonæ fidei; quamvis ab ea in hoc differat, quod major in illa, quam actione negotiorum gestorum servetur æquitas *cit. l. 14. §. 13.* Lauterb. Muller. *LL. cit.* vide hunc posteriorem de hoc fusiùs *th. 86. lit. y.* Est item perpetua, ut iidem juxta *L. 31. §. 2. tit. eod.* Est denique privilegiata in hoc, quod, cum impensa funerum ante omnia debita deducantur ex hereditate. ut juxta *L. 45. cit. t.* Covar. *in c. Raynald. §. 3.* de testam. num. 2. Garcias *de expens. c. 8. num. 23.* Negulant. *de pign. p. 5. memb. 2. num. 28.* hic creditor seu præstans expensas funeris reliquis omnibus creditoribus, etiam anteriorem hypothecam habentibus, sit præferendus. *L. 18. 19. 45. cit. t.* Lauterb. *l. c.* Mull. *l. c. th. 89. lit. a.* idque propter utilitatem publicam, ne cadavera jaceant insepulta, ut Jason *in l. ult. §. 9. c. de jur. delib.* quæ ratio, quia locum habet, sive, qui sumptus fecit, sit hæres, sive non, in merito hoc privilegium restringitur ad hæredem à Surdo *decis. 112. n. 4.* Extenditur hoc privilegium prælationis sumptuum funeralium variè contra communes aliàs regulas juris, primò quidem, ut, qui eas præstitit, præferatur etiam uxori

D d d

dotem